

inueniuntur  $3 \cdot 1^a, 0 \cdot 2^a$ . quæsitus scilicet numerus proportionalis in duas species scrupulorum distributus Et hoc vulgo vocant inuenire partem proportionalem ad 60,

Posterior autem casus occurrit, quoties Canonem aliquem propa- POSTERIOR.  
gatum ad singulos gradus ingredimur arealiter, id est, cum ex duobus numeris, qui aliorum inuentioni seruiunt, alter foris accipitur, in latere siue dextro siue sinistro, siue etiam in linea transfuersali tam superiori quam inferiori, alter vero in area canonis, Hic plærumque accidit, eum qui in inuentione partis proportionalis fungitur munerere diuisoris, non esse 60. sed maiorem vel minorem sexagenario. Gradus enim qui in priori casu diuisoris munus tuebatur, in 60. scrupula resolui intelligitur. Omnia autem exempla huius posterioris casus sola diuisione expediuntur, quia unus gradus nec species mutat, nec numeros subspecies, Vt si hoc exemplum proponatur: 24. scrupula prima dant vnum gradum, quantum dant 8. scrupula prima, multiplicata 8. scrupula prima per 1. gradum manent 8. scrupula prima, quæ diuisa in 24. scrupula prima exhibent 20. scrupula prima. Scrupula enim prima diuisa pariunt gradus, vel scrupula prima, tunc scilicet, quando numerus sub diuidenda specie fuerit minor numero sub specie diuidente, vt hic 8. scrupula pauciora sunt, quam 20. Quare in huiusmodi exemplis recurrendum est ad præcepta diuisionis, quæ supra copiosè tradita sunt.

In vtraq; ergo harum specierum, quum 3. datorum numerorum, ex quibus quæritur pars proportionalis, vnus fuerit talis, vt representet 60. vt gradus vel dies, vel hora valet 60. scrupulis primis, commodè vteris nostris præceptis & canone sexagenarum vel scrupulorum sexagesimorum. Sin vnitas alium numerum representat quam 60. vt 10. vel 12. vel quemuis alium, sequere præcepta communis vel vulgaris illius logisticae, quòd quidem deinceps suo loco, vbi opus erit, monebimus

## EXTRACTIO RADICIS

Quadratae.

ἐπιλογισμός τῆς πλευρᾶς  
τετραγωνικῆς.

Extractio